

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Votum h  
cum fonte primo

Quidam

turpissima uota diis insusurrant, si quis  
ammouerit aurem, contiscent; et quod  
scire hominem nolunt Deo narrant.

Sic uiue cum hominibus tanquam Deus  
uideat, sic loquere cum Deo tanquam  
homines audiant.

Seneca X. epistola.

turpissima vota dis insusurrant; si quis  
admouerit aurem, contiscent, et quod  
scire hominem nolunt deo narrant.

Vide ergo ne hoc praecipere salubriter  
possit:

sic uive cum hominibus tanquam deus  
uideat, sic loquere cum deo tanquam  
homines audiant.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 10, 5 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.23, ll.26-30).